CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XII

	QUIS?		**QU-ES/QU-Ī**	
nom.	qu-*i*s?	exercit-*u*s	qu-*e*s > qu-ī	exercit-*ū*s
acc.	qu-*e*m?	exercit-*u*m	qu-*ō*s ?	exercit-*ū*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	exercit-*u*is > exercit-*ū*s	qu-*ō*|r-um?	exercit-*u*um
dat.	quo-i >cu-i?	exercit-*u*ī	qu-*i*bus?	exercit-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	exercit-*ū*	qu-*i*bus?	exercit-*i*bus

masculīna: exercitus -*ūs* Rōmānus, arcus -*ūs* , passus -*ūs*, equitātus -*ūs* , impetus -*ūs* , metus -*ūs*, versus -*ūs*
fēminīnum:manus -*ūs* dextra

ALBUS -A -UM **NIGER -GRA -GRUM** **BREVIS -E**

- ALB|US -A -UM dēclīnātur ut *serv|us, fēmin|a, oppid|um*.
- NIGER -GR|A -GR|UM dēclīnātur ut *liber -br|ī, culter -tr|ī.*
- BREVIS -E, *gravis -e, levis -e, trīstis -e, fortis -e, tenuis -e* (iam in cap. X, v. 101) dēclīnātur ut *ovis* (masculīna et fēminīna) et *mare* (neutra), in ablātīvō hōrum adiectīvōrum semper est ***-ī*:** *gladius brevis, hasta brevis* a *pīlum breve.*

  Scūtum eōrum nimis parvum est, pīlum nimis longum et grave. Mīlitēs Rōmānī bene pugnant, quod pīla eōrum brevia et levia sunt, nōn longa et gravia ut Germānōrum. (vv. 132-137)

HASTA LONGIOR QUAM PĪLUM / PĪLUM LONGIUS QUAM GLADIUS (gradus comparātīvus < comparāre):

- GLADIUS BREVIOR / HASTA LONGIOR / PĪLUM BREVIUS; gen. sg. -*iōr|is,* pl. -*iōr|um;* abl. sg. -*e* (neque -*ī*): -*iōr|e.*

Via Latīna nōn tam longa est quam via Appia. Via Appia longior est quam via Latīna.

Pīlum nostrum breve et leve est – brevius et levius quam pīlum Germānōrum. (vv. 134-135)

Etiam gladiī quī ā Germānīs feruntur longiōr|ēs et graviōr|ēs sunt quam Rōmānōrum ac pīla eōrum longiōr|a et graviōr|a quam nostra sunt. (vv. 56-59)



arma Rōmāna

PRŌVINCIA EST PARS IMPERIĪ RŌMĀNĪ (genetīvus partitīvus <pars part|is f.)

NUMERUS: *Exercitus est magnus **numerus** mīlitum.* (v. 80)

PARS: *Prōvincia est **pars** imperiī Rōmānī, ut membrum **pars** corporis.* (vv. 64-65)

MĪLIA: *Mīlle passūs sunt quīnque **mīlia** pedum.* (vv. 96-97)

MĪLLE PASSŪS SUNT QUĪNQUE MĪLIA PEDUM. ŪNUS PASSUS EST QUĪNQUE PEDĒS.

pēs = 29,6 cm
passus = 5 *pedēs* (1,48 m)
mīlle passūs = 1,48 km

I→M (numerālia dēclīnantur sīcut adiectīva): *Ūnus passus est quīnque pedēs, ergō mīlle passūs....* (vv. 96-97)

MM, MMM, cēt. (genitīvus partitīvus) *Mīlle passūs sunt **quīnque mīlia** pedum.* (vv. 96-97)

GLADIUS DUŌS PEDĒS LONGUS EST (cāsus accūsātīvus I←-------→I)

- Quam longus est gladius? *Gladius duōs pedēs longus est.* (v. 49)
- Quam altum est vāllum castrōrum? *Prope decem pedēs altum est, et duo mīlia passum longum.* (vv. 102-103) *Ea via centum pedēs lātae est.* (v. 105)

MĀRCŌ ŪNA SOROR EST. QUOD NŌMEN EST PATRĪ? EĪ NŌMEN EST IŪLIUS (datīvus possessīvus < possidēre : habēre)

*Hominī necesse est **spīrāre**.* (cap. X, v. 58)

Iūlius Mārcō mālum dat. (cap. VII, v. 46) *Mārcō ūnum **mālum** est.*

*Mārcō ūna **soror** est.* = *Mārcus ūnam sorōrem habet.* (v. 6)

*Quod **nōmen** est patrī?* *Eī nōmen est Iūlius.* (vv. 9-10)

*Fīliīs **nōmina** sunt 'Mārcus Iūlius Balbus' et 'Quīntus Iūlius Balbus'.* (vv. 12-13)

	ES!	**DŪC!**	**DĪC!**	**FAC!**	**FER!**		
inf.	*fer|re*			imper:	*dīc!*	*dīc|ite!*	< *dūce|re*
ind.	*fer|t*	*fer|unt*			*fac!*	*fac|ite!*	< *face|re*
	fer|tur	*fer|untur*			*fer!*	*fer|te!*	< *fer|re*
imper.	*fer!*	*fer|te!*			*es!*	*es|te*	< *es|se*

- FLU|*E*RE, METU|*E*RE coniugantur ut *pōn|ere, sūm|ere, dīc|ere*.
- CAPE|RE, capi|ō, cape!; IACE|RE iaci|ō, iace!; FUGE|RE, fugi|ō, fuge! coniugantur ut *accipere, aspicere* (vidē cap. VIII)

NŌTĀ BENE!

- MĪLES -ITIS *m*: mīles *-it|is* Rōmānus, pedes *-it|is*, eques *equit|is*
- IMPERAT / PĀRET + DAT.: *Dux exercituī imperat. Exercitus ducī suō pāret* (v. 82)
- CASTRA -ōrum *n pl* Rōmāna, VISCERA -um *n pl* hūmāna, ARMA -ōrum *n pl* Rōmāna, LĪBERĪ -ōrum *n pl* sunt plūrālia tantum: *in castrīs, vāllum castrōrum, castra magna sunt.*
- NŌMINA RŌMĀNA: *Lūcius* (= praenōmen) *Iūlius* (= nōmen) *Balbus* (= cognōmen), *balbus* = is quī dīcit "ba-ba-ba-ba-ba-balbus"
- ATQUE A-, E-, I-, O-, U-, H-, cēt.: *atque in magnās* AC + B-, C-, cēt: *ac pīla eōrum*